Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Graduale sanctuarium ad consuetudinem sacrosanctae Romanae ecclesiae

Venetiis, 1572

Illustration: "Huc me sydereo descendere iußit Olympo [...]"

urn:nbn:de:bsz:31-140693

Visual Library

Huc me ſydereo deſcendere iuſsit Olympo,
  Hic me crudeli vulnere fixit amor.
Langueo,nec quisq̃ noſtro ſuccurrit amori,
  Quem nequeũt dira frãgere iura crucis.
Pungẽtem capiti, dominũ geſtare coronam,
  Fortis amor docuit verbera tanta pati.

Felle, ſitim magni Regis ſatiauit amaro.
  Pectus vt hauriret lancea, fecit amor.
De me ſolus amor potuit perferre triumphũ,
  Jlle pedes clauis fixit, & ille manus.
Si cupis ergo animi mihi ſigna repẽdere gra
  Dilige pro tãtis, ſat mihi ſolus amor. (ti: